

Botta *consil.* 41, n. 30, latè Farinac. *quest.* 49, n. 1, usque ad 16, Hieronym. Nicol. *lib.* 1, tit. 25, de *excusat. tut. s.* Item si propter n. 14. Cravet. *consil.* 31, sub n. 5. Scot. *consil.* 37, n. 7, in fine, & 8. tom. 2, lib. 4, Mazzol. *consil.* 17, n. 78, Monald. *consil.* 36, n. 3, vers. prout & n. 4, lib. 2, Decian. *consil.* 63, n. 21, lib. 3, Alb. *consil.* 646, n. 3, & in gl. C. Menoch. de *arbitr. cas.* 110, n. 5, & d. *presumpt.* 43, n. 5, lib. 5, quem sequitur Leoncil. de *privileg. pauper.* 23, n. 60, part. 2, Cyriac. *controv.* 172, n. 86, Achil. Pedroc. *consil.* 4, n. 42, Farinac. *consil.* 182, n. 13, Seraphin. *decis.* 1076, n. 5, Gratian. *discept.* 738, n. 54, & 55, Anton. de Marin. *resol.* 211, sub n. 14, versic. ex lite tot bonorum inimicitia nascitur lib. 2, Myning. *observ.* 27, n. 2, cent. 3, Mart. Ventur. *consil.* 44, n. 49, Ripol. *var. resol.* 2, n. 234, & 235, cui quidem conclusioni tanquam indubitata nil relevans opponitur, nisi imaginariæ impinguationes patrimonii Isabellæ, nimirum quod sit redditus aureorum mille annualium ultra creditum tutelare, dato autem utroque, nequaquam tamen admisso quid inde sequatur non percipio.

30 Præsentio enim crediti tutelaris * in summa librarum centum mille uti litigiosa, ac plurimum intricata, non tam in quantitate, quam in substantia perinde habetur, ac si non adesset. Rot. Gen. *dec.* 156, n. 7, in fine, quam sequitur Rot. Rom. coram Duran. *decis.* 212, n. 16, & 17, & *dec.* 241, n. 7, & 8, & coram Royas *dec.* 153, n. 11, prope finem versic. quia in calculo honorum non veniunt apponendæ res litigiosæ. Reditus verò annui quatenus etiam computatâ parte colonicâ ad argenteos mille ascenderent adhuc bona fideicommissio subjecta, cum fructibus, ac valore deteriorationum, cum ferè pro derelictis habeantur majorem partem totius patrimonii adversariæ, ne dicam totum, absorbent.

Super quo ulterius non immoror, quippe quoniam huic fundamento tanquam irrefragabili pars adversa acquiescit, nec quicquam opponit, quæ enim concernunt quæstionem ex adverso objectam circa delationem juramenti in litem injuriato adversus injuriantem, nil commune habent cum præsentio controversia argente inimicam capitalem ab hujusmodi juramento maxime contra nos hæredes Tutoris, cum quibus resoluta penitus cum tutore defuncto litem contestatione, quemadmodum superius diximus ex integro contra nos uti hæredes contestatâ lite * jurare in litem nequit ad tradita per nos *allegat.* 124, nu. 46, lib. 3, Rot. Avenion. *dec.* 106, ante finem. Thomas. de *tut. & curat. tit.* 13, sub n. 320, versic. contra hæredem fol. 116.

Nec certè hæsitandum venit de nimia sagacitate istius Tutoris, qui per mortem pupilli purificatio * in ejus, & mei personas fideicommissio, illud simplicitate inaudita dimisit, cum tamen ei competere retentio, ut post alios dicebam *allegat.* 124, n. 56, lib. 3, Fontanell. *decis.* 544, n. 15, & *dec.* 545, n. 3, & per totas.

Mera tandem vanitas præexistit, quod Tutor ex redditibus pupilli dives evaserit propter acquisitiones per eum durante tutela factas; siquidem cum provenerint ex effectibus meis per ipsum administratis per annos ferè triginta, ut notorium est, ac suis loco, & tempore probabitur, consequens ideò fit, ut dimissis quibuscumque partis adversæ tergiversationibus, juxta per nos petita à sapientissimo D. Judice, articulus pendens terminetur, prout tandem secundum præmissa, & quidem justissimè terminatus existit.

CAPUT LXX. §. 4.

SUMMARIUM.

- 1 Tutor extra patriam non extrahitur ad reddendas rationes & n. 6. Sine salario administratur num. 5.
- 2 Pupilli actionem fori habent. Fallit ut n. 3.
- 4 Onere duplici nepo gravandus.
- 7 Avocatio causæ non nisi ex gravibus causis conceditur. Integrum actorum transportationem requirit n. 8. Contra Tutores fieri non consuevit. n. 9. A Regiis Senatibus non ita passim conceditur n. 17.
- 10 Ratio redditionis scrupulosa in Tutore consanguineo non requiritur.
- 11 Potentiæ qualitas non præsumitur, sed probanda pro avocatione causæ.
- 12 Dicitio, usque, stat inclusivè.
- 13 Caren. *resolut.* 58, n. 4. & *resolut.* 66, n. 9. impugnatur.
- 14 Compromissum fit etiam super executivis.
- 15 Causa, ut sit Senatoria, valoris esse debet aureorum viginti millium.
- 16 In Litem is, qui incidit, incidit in flagella omnium durissima.

ALIBI præterquam in propriis laribus coram iudicibus ordinariis ne tutores, multo ve minus eorum hæredes administrationis gestæ reddere compellerentur, justitiæ * non minus, quam æquitati consentaneum legumlatores existimarunt l. 1, & tot. tit. ubi gl. & Doctores C. ubi de *rat. ag. oport.* & animadvertunt Soc. *sen. consil.* 31, n. 23, & *consil.* 149, n. 4, lib. 1, Roland. *consil.* 49, n. 67, lib. 1, Gutierrez. de *tut. p. 3, cap. 13, n. 125, Monac. dec.* Florent. 64, n. 1, Montan. de *tut. c.* 38, n. 91, fol. 195, Anchar. *quest.* 61, n. 2, part. 2, Marchesan. de *commiss. part. 2, §. 3, n. 92, fol. 338, & §. 4, n. 116, fol. 359, Gratian. dec. Marc.* 180, n. 3, & in *addit. ad eandem dec. post primum volumen discept. lib. 1, n. 3.* Rot. coram Seraph. *dec.* 1205, Pen. *dec.* 13, n. 1, & in *Firmana olei 29 Novembris 1577, Blanchetto. Covar. pract. cap. 10, sub n. 4, versic. quarto illud. Munoz. de ratiocinat. cap. 7, n. 1, & seq. Carleval. de judic. disp. 2, quest. 4, n. 168, fol. 45, Thomas. de *tut. & curat. tit.* 34, n. 80, fol. 1065, Laurent. Ursell. *concl.* 56, n. 52, Duard. de *societ. lib. 3, cap. 6, quest. 5, n. 1, & 2, fol. 485.**

Ratio autem decidendi non defumitur ex eo, quod multoties tutores pupillis præmoriuntur, se excusant, aut removentur pupillari adhuc ætate non absoluta, ac consequenter privilegio pupillis * competente, ne extra propriam habitationem 2 in iudicium trahantur, *Lunica C. quand. imper. inter pupill. vel viduas, vel alias miserabiles personas. Gail. pract. observ. 1, n. 40, & seq. lib. 1, Giurb. dec.* 82, n. 1, 8, & per totam. Arias de *Mef. variar. resol. lib. 1, cap. 21, n. 25, & seq. Sperel. dec.* 156, n. 1, & *seq. Novar. de elect. for. sect. 2, quest. 3, n. 1, fol. 46, Lanfranch. Zacch. de salar. quest. 91, n. 28, Carleval. de judic. disp. 2, quest. 6, sect. 7, n. 525, fol. 117, & n. 651, fol. 140.* Quin potius decretum hujusmodi emanavit favore tutorum, ne pupilli illos extra locum administrationis * convenirent usque adeò, ut privilegium istud reddendi rationes, ubi successit administratio, præponderet privilegio pupillorum. Munoz. de *ratiocin. cap. 7, n. 56, & 57, adden. ad dec. Gratian.* 180, n. 6, & 7, post primum volumen disceptationum. Thomaf. de *tut. & curat. tit.* 34, sub n. 80, fol.

Observationum de Alimentis Caput LXX. §. 4. 131

fol. 1065. Carleval. de *judic. disput. 2, quest. 6, sect. 7, n. 651, fol. 140.*

Prædicta autem sanctio summâ nititur æquitate, alias enim duplici onere pro eadem tutelâ * prægravarentur contra textum in l. Titia 35, §. qui in vita ff. de *legat. 2, & in l. 1, §. interdum ff. ad l. Falc. l. navis onustæ 4, §. cum autem ff. ad l. Rhod. de *jac. Marc. Anton. var. resol.* 111, n. 4, lib. 1, Rot. *dec.* 672, n. 3, in fine, part. 1, recent. Franc. *dec.* 87, n. 5, Georg. Mund. *consil. num.* 42, lib. 1, & *consil.* 18, n. 34, lib. 2, Altero sustinendi * gratuito tutelam, gloss. in *leg. eos 9, ff. de tutel. Leoncill. de privil. pauper.* 397, n. 2, & 7, part. 2, Cyriac. *controv.* 503, n. 2. Altero subeundi expensas ingentes causâ prosequendi iudicium in Curia Mediolani, quibus quatenus causa evocari potuisset, seu cognosci extraordinariam jurisdictionem Tutori, & hæredibus à lege præscriptam, pars adversa * succumbere tenebatur, seu nobis subministrare compellenda veniebat, ut optimè ratiocinatur i. hæres absens 19, §. 1, ff. de *Judic. Anchar. quest.* 61, n. 4, & 5, p. 2, Socin. *Sen. dict. consil.* 149, sub n. 4, versic. prædicta tamen lib. 1, Gratian. *post primum volumen discept. in addit. ad dec.* 180, num. 7, & facit Rot. coram Pen. *dicta dec.* 13, n. 3, Marchesan. de *commiss. part. 2, §. 3, n. 92, Thomaf. de tutor. & curator. tit.* 34, n. 81, fol. 1061.*

7 Ea propter avocatio causæ * non nisi ex justis, & gravibus causis concedi regulariter consuevit. Marchesan. de *commiss. part. 2, §. 1, n. 20, Guido Pap. decisio.* 440, in fine, Salgad. in *labyrinth. credit. part. 1, cap. 2, §. 2, num. 28, Cyriac. controvers.* 515, num. 1, & 2. Et ut superior ad quem recurritur pro avocatione plene instructus remaneat, Valenzol. *consil.* 161, num. 65, conferunt tradita per Larr. *decisio.* 6, n. 22, & optimè concludit Giurb. *observation.* 42, n. 37, ubi ex non prævia actorum quorumcumque productione, ac superinde partibus auditis matura rimatione avocationem causæ irritam censerit renunciatur.

Hujusmodi verò conclusio fortius sibi locum vindicat in præsentii casu ob resistantiam juris apertissimam avocationi causæ administrationis gestæ, in qua ideò avocationes * tutoribus invidis, eorumque hæredibus inauditibus non conceduntur, quamvis iusta subsistet causa. Marchesan. de *commiss. part. 2, §. 4, num. 116, fol. 359.* Hic autem omninò defecit, & præsuppositæ in precibus adversariæ sunt omninò erroneæ, neque enim negavimus unquam, quinimò ultro obtulimus reddere non quidem scrupulosas, ut plebeii, & extranei, quemadmodum ex adverso insistebatur, sed requisitas in tutore nobili, ac sanguine conjuncto, in quo ratione naturalis

10 affectus, * ac ingenuitatis sicuti cessat dolus, ita mitius in reddenda ratione agitur Pen. *decis.* 11, num. 3, 16, & 17, præter alios in prioribus adductos, & comprobavi *allegat.* 124, n. 41, lib. 3.

Potentia quoad nos in precibus objecta pro fundamento avocationis tanquam penitus improbabilis * alia non indiget responsione, dum in simili ex professo eam irritit. Fontanell. *decis.* 522, nu. 14, & 15, & per totam, per quem tradita emendicatio quoque defectui iudicium applicantur, omnique in casu ubi in Civitatibus Cremonæ, & Laudis Pompeæ Judices defecerent, ut asseritur in Ticinensi omnimoda prorsus suspitione carentes exuberarent, vel intraret coactio ad compromittendum, juxta dispositionem statuti Cremonæ *rubr.* 458, ex quo partes in

quarto agnationis gradu reperiuntur; siquidem dicitio, * usque, de qua in statuto quarti gradus 12 inclusiva dicitur, l. patronus 34, §. 1, ubi Bart. ff. de *leg. 3, Rot. dec.* 51, n. 9, p. 1, & *dec.* 274, n. 14, p. 5, recent. Cyriac. *controv.* 456, n. 5.

Nec resistunt tradita per Caren. *resol.* 58, n. 4, & *resol.* 66, n. 9, quatenus contendit fieri non posse compromissum * super instrumento, in quo quis 13 se obligavit ad redditionem rationis nullius, namque relevii reputantur, dum statutum supponit inter agnatos contendit circa obligationes instrumentorum executivas, quæ mandat coram arbitris 14 produci, usque adeò ut etiam de executivis compromittatur. Pignat. *ad statut. Ferrar. rubr.* 22, n. 11. Honded. *consil.* 9, n. 16, & *seq. lib. 1, ubi ulterius ponderat intrare compromissum, quoties ab executivo ad ordinarium iudicium lapsus succedit, quæ tamen dicta sint ex abundantia, ob enim & subreptæ avocationi peculiare privilegium irrevocabilitatis causæ reddendarum rationum obsistit.*

Nec amplissimum ordinem pro summa illius dexteritate passurum speramus adversariam medio extortæ evocationis obtinere in votis perendi domum nostram hisce egregiis sumptibus ob capitale odium, quo prosequitur nos occasione alterius litis fideicommissariæ etiam in supremo Tribunali isto famigeratæ omnium computatis fructibus ferè illius, ac filii bonorum absorbentis, in quorum occupatione pertinaciter continuat, tamen si litteraliter exclusa per sententiam succubuerit, fructus nobis debitos in hac calumniosa lite inutiliter disperdit, ut propriis in eadem indebitè cogamur & nos dissipare.

Quæ quidem fideicommissi controversia non ex futilibus per adversariam expiscatis, sed uti excedens viginti mille * aureos, quamvis ipso 15 jure ex constitutionibus ad Excellentissimum Senatium devoluta extiterit. Calvin. de *equit. c.* 148, n. 35, & *seq. lib. 1, Caren. resolut.* 12, n. 1. Studio tamen flagrans se ipsam & nos * tot litium an- 16 fractibus ad nihilum redigendi juxta traditionem Senecæ *lib. 1, de ira, quem in proposito refert, & exornat Rub. ad dec.* 141, d. n. 232, ad 237, part. 8, recent. omnem movet lapidem, ne justitia in re tam clara suum fortiatu effectum, indeque lis exoptatam ab ipsa immortalitatem assequatur, & ipsa in qua hac peculiari ratione Regi Monarchiæ Senatus evocationes repellere consueverunt, teste in proximis Ripol. *var. resol. capite ultimo, num.* 331.

CAPUT LXX. §. 5.

SUMMARIUM.

- 1 Fideicommissum in personas directum etiam si in rem concipitur, dicitur personale. In rem directum abscindendo à personis reale dicitur n. 4, & n. 15.
- 2 Prohibitio alienationis in personas directa dicitur personalis. Exceptio habens parem in gradu fideicommissarium agentem ad totum repellit. Contra n. 13, declara ut n. 14.
- 5 Onus reale afficit omnes rei possessores, & numero 28.
- 6 Ratio conservandi bona in agnatione, ratione agnationis conservandæ fideicommissum reale efficit, & n. 12, & n. 16, Amplia ut n. 17, Resringe ut n. 19.

- 7 Proximiore vocati dicuntur per vulgarem & num. 33. Declara ut n. 8, & n. 34.
- 9 Mentio mortis importat tractum temporis successivum & n. 36.
- 10 Digressus ad plures substitutionum gradus tractum temporis successivum importat, & numero 40.
- 11 Clausula in infinitum perpetuitatem præ se fert: Tunc, & eo casu, non impedit fideicommissi perpetuitatem n. 21.
- 18 Agnatio contentiva dicitur vocata, quando fideicommissum, non nisi in transversalibus effectum habere non potest.
- 20 Heredum, & successorum appellatione in fideicommissis veniunt tantum agnati.
- 22 Sententia fideicommissi canonizativa successoribus obtinentis præjudicat.
- 23 Peritus rationes dispungere tantum potest.
- 24 Tutor si obtulit reddere rationes ad interesse non tenetur. De occupatis per adultum, rationes non reddit. n. 28.
- 25 Rationes administrationis, etiam sine libro, reddi possunt.
- 27 Verba in rem directa efficiunt fideicommissum reale. Implicite tractum temporis indicantia compendiosam important numero 39, & numero 41.
- 29 Descendentibus expresse vocatis, aut in conditione passis veniunt omnes in infinitum.
- 30 Vocati per nomen collectivum per fideicommissum vocati intelliguntur.
- 31 Substitutio facta de proximioribus intelligitur per fideicommissum. Amplia ut n. 32. Quando vulgaris, & quando fideicommissaria dicitur n. 35.
- 37 Descere quis dicitur per mortem. Dicuntur etiam non nati n. 38.

SUPER testamento Hieronymi de Meliis, ac fideicommissio per eum ordinata plura scripti allegat. 1, & alleg. 103, 104, 105, 124, & alibi sæpe, lib. 3, nunc duo adhuc supersunt examinanda; alterum an hujusmodi fideicommissum reale præexistat, alterum an nepotes mei ad causam venire cogantur? mihi que obstat exceptio, parem habes in gradu, quam etiam tetigi dict. alleg. 124, n. 11, & 12, lib. 3.

Primò igitur, ut aiunt, vultu videbatur dicebatur fideicommissariam substitutionem, uti directam in personas, * tametsi in rem, seu bona concipiatur, personalem dici ex Ruin. consil. 127, n. 10, lib. 2, Menoch. consil. 706, sub n. 40, vers. respondetur quod Fufar. de subst. q. 269, n. 2.

Idem quoque succedit animadvertendum circa amplissimam alienandi prohibitionem, nam uti restricta ad institutos, * & substitutos personalem solummodo reputatur, nec personas in institutione, ac substitutionibus nominatas egreditur, lege peto 71, §. fratre, ubi Doctore ff. de legat. 2, late Mart. consil. 43, n. 7, & sequent. Surd. decisio. 125, n. 1, Fufar. de substitut. quest. 673, n. 9, Joann. Anton. Bellon. consil. 12, num. 64, Merlin. decis. 460, num. 4, Redenasc. consil. 30, num. 74, 107, & sequent. Thomat. decis. Macerat. 25, n. 48, Mart. Ventur. consil. 25, n. 103, & sequent. & consil. 48, n. 111.

Quemadmodum in altera questione resolvendum videbatur, quod quando plures * ad fideicommissum vocantur, unus in solidum agens ad totum repellatur, l. 2. ff. si pars hered. petat. Peregr. de fideicommiss. art. 9, n. 12, Fufar. consil. 49, n. 28, Surd. decis. 144, n. 18, & seq. Cyriac. conr. 4, n. 58, & seq.

cum adductis per Joan. Franc. Andreol. contro. vers. 241, num. 11, & prius controvers. 44, nu. 15, & controvers. 300, n. 106. Post. resol. 25, num. 8, Giurb. de success. feud. §. 2, gloss. 9, sub n. 93, vers. prima eorum.

Prædictis tamen nequaquam resistentibus contraria opinio in facti contingentia de jure prævalet, quippe quoniam in testamento fideicommissi sæpius legitur, quatenus Testator abstrahendo etiam à personis bona ipsa vinculo inalienabilitatis afficere intellexerit, ibi iussit, & jubet dictus Testator, quod dictus ejus filius, nec ejus filii & descendentes, & descendentes descendendum in infinitum non possint, nec valeant quoquo modo, ingenio, seu jure, vel causa vendere, donare, vel aliquo modo alienare bona hæreditatis prædictæ, vel aliquam eorum partem, etsi alienaverint, aut distraxerint, quod bona & hæreditas prædicta perveniat, & pervenire debeat in ejus affines agnatos proximiores masculos legitime procreatos descendentes in stirpes, & non in capita de domo, & familia de Meliis, cum conditione prædicta, & ibi, & bona ipsa revertantur ad ipsum D. Gabrielem; sin minus filiorum suorum, vel hæredum, & successorum: & prout supra, & conditionibus prædictis, & ibi, tunc & eo casu bona, & hæreditas prædicta ipsius D. Testatoris perveniant, & pervenire debeant in proximiores affines agnatos masculos legitimos, & naturales ipsius D. Testatoris agnationis & familiae de Meliis in stirpes. Quia ejus D. Testatoris firma, & finalis intentio fuit, & est, quod bona, & hæreditas prædicta D. Testatoris perveniant, & conserventur in agnatione domus & familiae de Meliis ratione dictæ agnationis, & familiae in infinitum conservandæ. Et ibi, quod tunc, & eo casu bona & hæreditas ipsius D. Testatoris integrè & in totum sine diminutione aliqua perveniant, & pervenire debeant in affines agnatos proximiores masculos legitimos, & naturales ipsius D. Testatoris agnationis, & familiae suæ de Meliis in infinitum, quia ejus Testatoris firma, & finalis intentio fuit & est, quod dicta ejus bona perveniant, ut supra, & conserventur in dicta agnatione de Meliis, ratione agnationis, & familiae in infinitum conservandæ. Ex quo sanè testamenti contextu utique negari nequit, quin Testator in casu conventionis, quam etiam obitus fideicommissum reale instituere voluerit, cum hujusmodi verba mox à nobis recensita, non in personas, sed in bona, * & hæreditatem directam appareant, quò sanè casu fideicommissum dicitur reale, Bart. in dicta lege peto, 71, §. fratre num. 2, versio. dic ergo: & ibi Cuman. n. 5, ff. de legat. 2, Castren. in lege voluntas 4, in fine, Cod. de fideicommiss. Alex. in lege 1, in principio, num. 88, ff. de offic. ejus. Alciat. in leg. filiusfamilias 118, §. Divi, numero 48, ff. de legat. 1, & ibi Crot. num. 43, Rip. num. 66, Cavaler. in puncto, decisio 34, num. 1, quæ est etiam decisio 231, part. 2, recent. Paris. consil. 30, num. 29, lib. 2, late post Surdum decis. 125, num. 5, & alios, & dixi allegat. 103, num. 10, & sequent. lib. 3, Fufar. de substitut. quest. 673, a num. 3, ad 7, ubi quod licet prohibitio videatur in personas facta, tamen ratio addita, quia volo bona remanere in familia, & faciat prohibitionem extendi ultra personas prohibitas, & efficit realem. Zuccar. decis. Luden. 76, num. 144, Bertaz. consil. civil. 101, num. 33, Merlin. decis. 83, n. 17, & decis. 226, n. 1, & decis. 216, n. 15, part. 2, recent. & decis. 138, n. 7, coram Eminenti. Otthobono, & in Reatina fideicommissi 14, Martii 1622, num. 27,

n. 27, inferius impressa. Giovagn. consil. 36, nu. 2, lib. 2, & ibi Rota n. 46.

Simulque gravamen reale inducit, quod afficit omnes personas vocatas, & quoscumque possessores, * ita ut quilibet successor teneatur per fideicommissum alteri restituere, donec hæreditas perveniat ad masculum ultimum de familia, & agnatione de Meliis, l. precibus 8, C. de impub. ubi Bald. n. 65, vers. Tu dic, & Salviet. n. 35, Paris. consil. 18, n. 50, & consil. 90, n. 43, lib. 2, Surd. consil. 315, n. 20, ubi inquit plurimum interesse quod dicatur bona transire in descendentes de gradu in gradum perpetuò, vel quod descendentes succedant, & vocentur perpetuò; nam in primo casu fideicommissum est reale, & quia onus est rei junctum, transit in quemcumque possessorem, & quilibet possessor censetur eo onere gravatus. Becc. consil. 24, n. 27, & 28, Menoch. de præsumpt. 131, n. 13, & seq. lib. 4, Zucchar. dicta dec. 76, nu. 145, & 146, Cavaler. dicta dec. 34, n. 2, quæ est dec. 231, part. 1, recent. & dec. 656, part. 4, & dicta decisio 216, nu. 16, part. 5, recent. & coram Eminenti. Otthob. dicta dec. 238, n. 7, & coram Merlin. dicta dec. 326, n. 2, & in dicta Reatina fideicommissi 14, Mart. 1622, n. 28, coram R. P. D. Rembold.

Fortius mox dicta in præsentiarum sibi locum vindicant ex quo Testator in qualibet parte Testamenti disposuit quod ejus bona de uno in alium affecta inalienabilitatis conditione transirent, ea de causa, * & ratione, quia illius mens, & intentio fuerat, quod ejus bona perpetuò manerent in agnatione, & familia de Meliis ratione agnationis, & familiae de Meliis in infinitum conservandæ. Quæ operatur, ut prohibitio alienationis etiam facta personis afficiat bona, & realis dicatur Jaf. in dicta leg. filiusfamilias 118, §. Divi, n. 146, & 152, ff. de legat. 1, Surd. dicta dec. 125, n. 5, Rota dec. 193, sub n. 7, vers. Ex quibus, part. 1, recent. cum infinitis apud Fufar. de substitut. quest. 673, n. 5, & seq.

Nec quod proximiores agnati semel per obitum Gabrielis sine filio, & iterum mortuo Equite Diophobo pariter sine filio admitti fuerint, quasi per vulgarem censentur vocati; fideicommissum expiravit, ea ratione, quia quando plures sunt vocati sub nomine colectivo veluti proximiores, & aut simili dicantur vocati per vulgarem, non autem per fideicommissariam, juxta veniorem ac magis receptam opinionem, de qua per Cuman. in l. Gallus 29, §. quidam recte n. 7, ff. de liber. & postb. & in l. cum ita 33, §. fin. numero 4, ff. de legat. 2, Surd. decisio 346, nu. 18, & 19, Rota apud Giovagn. consil. 24, nu. 59, libro secundo, & apud Merlin. de legitimat. decisio. 129, nu. 3, & 4, alter Merlin. decisio 645, nu. 6, & 7, Menoch. consil. 85, n. 123, & sequent. & consil. 328, n. 50, 87, & sequent. Fufar. consil. 91, n. 6, & sequent. & de substitut. quest. 382, n. 1. Potissimum propè finem ejusdem numeri, & ita argumentatur Rota in dicta Reatina fideicommissi 14, Martii 1622, n. 33, coram R. P. D. Ubaldo.

Omissio namque quod huic objecto particulariter satisfecerim allegat. 103, à nu. 1, ad 12, lib. 3, limitando dictam conclusionem quando verba substitutionum, prout hic, habent tractum successivum, seu respiciunt quandam perpetuitatem. Tunc enim vocati non solum per vulgarem, sed etiam per fideicommissum admittendi veniunt juxta distinctionem, Cuman. in dicta l. cum ita 33, §. fin. ff. de leg. & præter adductos à nobis dicta allegat. 103, numero 3, lib. 3, comprobant Surd.

Melius ad Castillum de Alimentis,

decisione 346, numero 22, Seraphin. decisio 934, numero 7, Fufar. de substitut. dicta quest. 382, numero 52, & seq. & consil. 192, numero 8, & 12, cum cæteris apud Rot. in dicta Reatina fideicommissi 14, Martii 1622, numero 31, coram R. P. D. Ubaldo.

In facti autem contingentia adesse verba tractum successivum seu perpetuitatem importantia vix est, ut in controversiam revocari valeat, non solum quia proximiores vocantur in casu obitus masculorum sine filiis, cum mentio * mortis inducat compendiosam, quæ continet vulgarem & fideicommissariam, Bartol. in leg. centurio 15, nu. 2, ff. de vulg. Menoch. d. præsumptio. 71, sub numero 12, vers. Illa verba, lib. 4, Rota in dicta Reatina fideicommissi 14, Martii 1622, num. 36, coram Reverendissimo P. D. Ubaldo, & in Interamnen. bonorum 15, Maii 1656, numero 9, & 10, Cerro.

Verum etiam quia Testator vocavit filios substitutorum eorum descendentes, ac descendendum descendentes atque ad plures substitutionum gradus digressus est Seraphin. dicta decis. 934, numero 8, & 9, Fufar. de substitut. questione 382, numer. 54, Rota in dicta Reatina 14, Martii 1622, numero 40, coram Rever. P. D. Ubaldo, & in dicta Interamnen. bonorum 15, Maii 1656, numero 11, & seq. Cerro. Pluriesque verba in infinitum repetit, quæ perpetuitatem fideicommissi etiam inter ipsos proximiores ultimo vocatos redarguit, Bertazzol. consil. civil. 101, numero 31, ubi quod verba in infinitum magis operentur, quam verba in perpetuum, Gozadin. consil. 102, num. 5, & seq. cum adductis per Fufar. dicta questione 383, numero 56. Quodque magis urget, quia factis hujusmodi dispositionibus ac vocatis proximioribus inculcatè declaravit se idè ita disposuisse, ut ejus bona in agnatione Melia conservarentur, ratione agnationis, & familiae de Meliis in infinitum conservandæ; quo sanè casu etiam inter proximiores, & quoad usque aliquis de familia de Meliis supererit, non ambigitur quin fideicommissum perpetuo junctum censetur ex traditis per nos dict. alleg. 103, numero 4, lib. 3, & nunc addo Fufar. de substit. d. questione 382, num. 59, Rota apud Redenasc. consil. 17, nu. 122, & seq.

Cæterum quod unus ex vocatis aliis negligentibus totum petere ac consequi non impediatur, dicebam allegat. 1, num. 13, & dicta allegat. 124, numero 11, & 12, libro 3, ubi plures adduxeram, quibus accedunt Rota decisio 148, n. 13, part. 4, tom. 3, recent. & coram Andr. dec. 87, num. 14, & in Romana fideicommissi de Guidis 25, Junii 1629, coram R. P. D. Verospio, & coram Merlin. dec. 440, n. 6, Redenasc. consil. 45, num. 1, Fontanel. decis. 592, num. 1, & sequent. late Giurb. de success. feud. §. 2, gloss. 9, sub n. 93, vers. Ego verò, & vers. sic. Amplia primo: ubi insuper concludit, quod istud indubitanter procederet, si agens ad fideicommissum cessionem à Confideicommissariis reportasset.

Quicquid verò circa prædictam conclusionem dicendum veniret, utique in judicio immissionis in possessionem institutæ per fideicommissarium, talis exceptio non relevaret, quemadmodum insistebam dicta alleg. 124, num. 11, lib. 3, & præter ibi adductos animadvertunt Fufar. de substit. quest. 609, n. 10, & alii apud Giurb. de success. feud. §. 2, gloss. 9, sub n. 93, vers. Amplia 3.

Ex quibus, quæ in oppositum deducebantur sublata

M

lata